



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

XXXII. Arnold von Trebbin, Ministerial des Erzstifts Magdeburg, verkauft dem Kloster Lehnin zu dessen Hofe Stangenhagen 25 in der Nähe belegene Hufen Landes am 20. September 1233.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

Actum anno incarnationis dominice Millesimo ducentesimo tricesimo. Datum Brandeborch octauo kal. augusti, Pontificatus vero nostri anno nono.

Aus dem Transsumt des Vicar Bartholomäus Lowe vom 4. September 1443 im Geh. Staats-Archiv.

XXXII. Arnold von Trebin, Ministerial des Erzstifts Magdeburg, verkauft dem Kloster Lehnin zu dessen Hofe Stangenhagen 25 in der Nähe belegene Hufen Landes am 20. September 1233.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Ego Arnoldus de Trebin, Magdeburgensis Ecclesie Ministerialis, vniuersitati fidelium presenti et future pagine istius conscriptione constare facio, quod fratres monasterii Lenyn emerunt a me viginti quinque mansos adiacentes et contiguos terminis predii stangenhaghen, quod predium antedicto monasterio Lenyn dinoceitur pertinere. Quorum mansorum termini protenduntur a uilla Sconenhaghen usque in nemus uersus uillam strazowve, quod nemus strazh nuncupatur. Cuius nemoris partem, uidelicet quinque mansos, uersus aquam, que preterfluit dictum predium stangenhaghen prefatum monasterium habere debet assignatos, ita quod viginti mansos extra nemus et quinque in eodem nemore habeat, quibus iuxta taxationem premissam viginti quinque perficiuntur. Ut igitur istius emptionis mecum habite contractus memoratis fratribus processu temporis certus, ratus maneat et inconuulsus, sigilli mei appensione cum hoc instrumento feci communiri, Annotatis testibus uiris honestis, quorum nomina sunt hec: Dominus Burchardus de Brilzene et frater ipsius Otto, Heidenricus de Borch, Johannes de Richowe, Otto de Damis et frater eius Richardus, Heinricus de Loborch. Datum Trebin Anno gracie M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XXXIII<sup>o</sup>., XII<sup>o</sup> kal. Octobris, Indictione VI.

Aus dem Originale des Geh. Staats-Archives.

Anm. Dasselbst befindet sich auch ein Vidimus, den der Erzbischof Burchard von Magdeburg von dieser Urkunde anfertigen ließ.

XXXIII. Bederich, Burggraf zu Brandenburg, verzichtet auf das Havelbruch zu Gunsten des Klosters Lehnin, dem es vom Markgrafen Otto verschrieben sei, am 17. September 1234.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego Bedericus, Castellanus brandeburgensis, notum facio presentis et futuri temporis fidelibus vniuersis, quod ille querele quas habuerim contra fratres de lenyn super illa parte nemoris havelbruck, que extenditur usque in riuum planam sicut priuilegium eorum manifeste declarat et expresse continet, quod priuilegium otto, brandeburgensis marchio, super donacione dicti nemoris eisdem fratribus de lenyn contradidit, illi querele plene et plane renunciaui, recognoscens, me nichil iuris habere penitus in nemore antedicto et quod in ipsius nemoris possessione prefatos dominos de lenyn indebite vexauerim et iniuste turbauerim presentis pagine conscriptione protestor, errorem meum corrigendo et omni querele renuntiando. Ut igitur huius renuntiacionis et iuste recognicionis firmitas et certitudo omnimodum obliuionis dispendium valeat valenter evitare, prefens scriptum sigilli mei appensione robo-